

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Regimen siue regere d  
cum uariis

Quicumque proprium corpus subegerit nec eius passionibus turbari animam suam rector sui congrua uiuacitate permiserit, is bene regia quadam potestate se cohibens rex dictur quod regere se nouerit et arbiter sui iuris sit ne captiuus trahatur in culpam nec preceps feratur in uicium.

Ambrosius super illud Psalmorum: Anima mea in manibus meis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

trahatur] aliquo modo *add. (del. sub lin.)* C